

casti impudicos, neque sancti profanos, modò à vomitu avertamur;
nec veteris cœni volut abro immergamur. Præsta, quæsumus, Pater
benignissime, Deus omnipotentissime, ut in omnibus nostris actio-
nibus incipiamus Angelis tuis conformari, ut ipsis olim non tam si-
miles facti quam æquales Te Deum Ἰερούλαγον in sæcula sæculorum in-
cessabili voce prædicemus. Atque jam incipimus actu hoc etiam
nostro Scholaſtico, ubi tres nostri discipuli

JOH. CASPAR FABER Senftenbergensis

Ehrenfried NITNER Pulsnitiensis &

MARTINUS STPHANI Lœbaviensis

tuam gloriam, potentiam & erga nos clementiam in excubijs Ange-
licis describendis ἐκ τῶν ἀνθρώπων depraedicabunt. Juva hos, Pater,
rege atque dirige : Vos verò, queiscunque volupe est custodiā
Angelicā identidem iteratā delectari, Amplissimi & Honoratissimi
Domini, benivolentiā gratiosā, præsentiaque favorabili prosequimi-
ni atque animate.

PP. Budissa propriid. Cal. Octobreis ann. MDCLXXII.

